



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd omnes homines in præuaricatione Adæ naturalem possibilitatem  
perdidissent. xi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

eligat, vel sequatur, vel agat occasionem salutis, hoc est, inspiratione Dei. Ut autem consequatur quod eligit, vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse libere confitemur. Initium ergo salutis nostrae Deo miserante habemus: ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est munera. Ut non labamur in dempto salutis munere sollicitudinis nostræ est, & cœlestis pariter adiutorij. Ut labamur, potestatis nostræ est, & ignauiae.

*Quod omnes homines, in prævaricatione Adæ naturalē posse possitatem perdidissent. Cap. XI.*

**A**n prævaricatione Adæ, omnes homines naturalē posse possitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundis illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis exeret, pronunciantem. *Ex decreto papæ, cap. 5.*  
te beatæ memorie Papa Innocentio, atque dicente in epistola sua ad Carthaginense concilium. Liberum enim arbitriu ille perperitus, dum suis inconsultius virtutis bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suaque in eternum libertate deceptus, huius ruinæ latuisset oppres- su, nisi eum post Christi, per sua gratia, releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem, omnne præteriti vitium, sui baptismatis lauacro purgavit.

*De eadem re. Caput XII.*

**Q**uod nemo, nisi per Christum, libero bene ventatur arbitrio idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data, prædicat, dicens. Aduerte tandem o præuissimarum mentium peruersa doctrina, quod primū hominē ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius virtutis in prævaricationē presumptionis cōcideret, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis, statim pristinę libertatis Christi domini reformasset aduentum.

*Quod homo sit sic positus in paradiso, si obediens permaneret, quandoque ad cœlestem patriam sine carnis morte transiret. Cap. XIII.*

*Grego. in*

**A**d hoc in paradiſo homo positus fuerat, ut si se ad cōditoris sui obedientiā vinculis charitatis astringeret, suis mortali. *dicit.*